



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

CXVII. Impedianturne, an Dirimantur Matrimonia per Crimen &
Disparitatem Cultus?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

AD IV. Vxor repetit, quod habet p-
rium: Sponta vero nondum possedit.

Q V A E S T I O C X V I I .

*Impediantur, an Dirimantur Matrimonia
per Crimen, & Disparitatem cultus?*

L V T H E R U S in Capt. Babyl. Melanch. in Locis. &c.
L carpunt Ecclesiam, quod adulterium cum homicidio ponant esse impedimentum dirimens matrimonium subsecutum. Quia Daud. 2. Reg. ut duxit Berabam post adulterium & homicidium.

A V T O R. Qui aliam adulterat, postea cum ea contrahens, habet impedimentum, dirimens contractum matrim. Item, qui viuo compare sibi sp̄det matrimonium. Item qui coniugem alterius occidit, ut alteri nubat. Quia sic sanxerunt Concilia, & Papæ.

D I C O AD Dauid: Quia hoc impedimentum est de solo iure Ecclesiastico, non diuino: ideo non impedit contractum, nec dirimebat contractum. Neque forsitan iam nunc dirimeret; quia Berabæa ut cōenserit in adulteriu, non tamen in homicidiu, ut de quo nesciuit.

H. L V T H E R U S, ibid. Cultus disparitetem negat dirimere aut impedit matrimonium fidelis cum infidei seu non baptizato, seu baptizato. Quia Deus id non prohibuisse legiurum ne S. Monica nupst infidei. Melanchthon in Locis ait, bono id animo ab Ecclesia prohibi-
tum sed velle minus rigide obsernat.

A V T O R. I. Fideli cum infideli aut heretico cōtrahere nō licet. 1. Sic Scriptura in Antichristo p. 3. q. 46. 2. Sic Concil. Chalcedonense, an. 541. Agathense anno 506. &c. 3. Sic Patres, Tertull. Amb. August. 4. Ratio. Quia id multa assertincomoda, ut periculū apostata: at Eccl. 3. Quia amat periculū, peribit in illo: discordia, scandalum, prolixi eductio mala. &c.

H. Cōtractum tamen tale nō est irritum iure vlo Dei, naturæ, aut Ecclesie. Nam, et si in Cor. 7. permittatur discessio fideli, ab infideli nolēte conuersti; tamen cōtrahere nō prohibetur cum tali in spe

conuersonis. 1. Quia id nō tollit omnino fidē matrimonij, et si quodam modo impedit. 2. Sic Jacob duxit idololatras, Ioseph Ægyptiā, Moyes Æthiopissam, Esther Assuerum, Salomon alienigas, David filiam regis Gessur 2. Reg. 3. Monica infidem. &c.

III. Idem tale Matrimon. non est etiam impedimentum Dītimens vlo iure Diuino positio. Nā illa: *Tantum in Domino;* Et, *Nolite iugū ducere cum infidelibus;* probant solum Matrimon. non esse contrahendum: nō autem, quod sit irritum. Irritatio proinde, 1. Esdras 9. 10. facta fuit iudicialis, nō naturalis; ideo lex vetus talia matrimonia cum infidelibus verbat, facta, nō irritabat. Idē de Cult⁹ disparitate est iudiciū; factū tenet, et si fieri vetetur.

IV. Matrimonium fidelis cum nō baptizato infidei est irritum, ex more Christiano, vim legis obtinet. Sic n. iam ab 400. annis habitum est in Ecclesia 4. d. 9. Gratian⁹ 28. q. 1. Theologi & Canonistæ. Dispensare tamē Papa potest, cūm non sit præceptum vel diuinum, vel naturale.

D I C O AD Lutherum & Melachthonem, &c Exempla legis naturæ, aut Mosaicæ nil præscribunt hac in re Christianis: quia *Vel nō faciebant in legē naturæ;* *Vel conuerterebant infideles;* *Vel aperte redarguuntur, ut Salomon;* *Vel ignorantia, & consuetudine praua excusantur.*

Q V A E S T I O C X I X .
*Quota Cognatio Impedit, Dirimatur
Matrimonium, & quo Iure.*

1. W I C L E F U S l. 4. Trilogi. c. 20. Cognatio in primo gradu recto solum, non in transuerso prohibet ut fratres & sorores inire matrimonia possint licita; teste Th. Wald. tom. 2. de Sacram. c. 134.

H. L V T H E R U S in Capt. Babyl. &c. Buccetus in Mat. 19. Solos cognationis gradus, Leuitici cap. 18. expessos, prohiberi, primum & secundum: cæteros, ut confitios, reuiciendos.